Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



64

morer & instituta sancire & ait: obsecro itaq; uos p misericordiam dī. Quia omnes conclusi erant sub peccato. nunc iam non in merits sed in misericordia dī salus humana consistit. Ideo quasi quo officiū susceperunt reconciliandi uos dō obsecro uos nēp potentiā sed p misericordiam dī quid uos obsecro? ut exhibeatis corpora uēa hostiam uiuentem. Uiuentē dic hostiam quae uitā hoc est xpm in se gerit & dicit mortē ihū in corpore circumferimus ut & uita xpi ihū in corpore nro manifestetur. Scām. scām dicit in qua sps sēs habitat ut illud pescitis quia templū dī estis & sps habitat in uobis. dō placentem. Placentem dō dicit ut pote a peccatis & uitiis separatam. hi enim qui membra sua mortificant. ab incentiuo libidinis & furoris & aliis corporis sui dō placito habent hostiā uiuentē scām placentē dō. rationabiliter offerē. Rationabile obsequium uēm. Obsequium hic cultum dicit. qui dudum in pecudū mutorum corporibus consistebat. nunc inquit in corpore rationabilis hominis offeratur. & corpora magis uēa. quā pecudū fiant sacrificium dō. quia dignū est dō tales hostias immolare. aries & aū & ircos & uitulos. immortali & incorporeo dō offerre. nulla ratio recta & honesta suscipit. Et nolite conformari huic seculo. Ostendit eē quōdam formam huius seculi & aliā futuri seculi & iniquum qui amant presens seculū & ea quae sunt seculi secundum formam seculi presentis aptantur. qui uero non respiciunt ea quae uidentur sed quae non uidentur. & aeternasunt. transformantur & renouantur ad futuri seculi formā. Uide ergo ne forte cū uenerit ira in cor tuū. & concupiscentia mala & auaritia. & ceteraque quibus seculū presens delectatur formam tibi seculi p̄sentis inponant. Si uero e contrario manu & uido patientia lenitas continentia fides ueritas & cetereque uirtutes habitent in cor & uo. conformem te futuri seculi faciunt. & ita pulchra animā tuā ut dicatur illi a uerbo dī tota pulchra es amica mea. & macula non ē in te. Sed reformamini in nouitate sensus uēi. Renouatur aū sensus nr per exercitia sapientiae. & meditationē uerbi dī & legis ei intellegentiā. & quanto quis cotidie ex scripturarum proficit lectione quanto altius intellectus eius ascendit. tanto semper nouus & cotidie nouus efficitur.